Fragmentarium

Post partem primam
et hyemalem lec
ture ewangeliorum
que de tempore et
que leguntur ab ad
ventu domini usque ad
festum pasche secundum
Bibracum (?) pataviensem et
ratisponensem. Sequitur
pars secunda estivalis continens
lecturam ewangeliorum de tempore
que leguntur a festo pasche
usque ad adventum domini secundum
prefatum Bibracum (?). Et additur
declaracio quorundam ewangeliorum
de principalioribus festis. Incipiamus
ergo presentem partem estivalem a vi
gilia et die pasche que ad eandem so
lempnitatem pertinere videntur. Hec est
enim qua pactis diebus fecit dominus
sicut sancta mater ecclesia canit. In qua
pro gaudio spirituali exultare debemus. Apes
enim confecto melle et educato prole
tempore floridos petunt et adludos se
gerunt. Sicut cervi quando ipsis cornua
ad se defendendum sufficientia evenerint
sibi invicem sociantur et spaciando
letantur. Sic modo ut spero nos corpor
tamquam multa mella divinorum eloquiorum
in habitaculo cordis mei per [illegible]
quadragesimalium ewangeliorum auditorum
et declaracionem quorum dulcedinem gustavit
propheta cum dixit Quam dulcia faucibus
meis eloquia tua super mel et favum ori
meo. Igitur multum letari debemus et
a futuris [illegible] nos [illegible]
[illegible] divino iudicio per confessionem et
penitentiam iudicati sumus quod super omnia
dulcescit in cordibus meis secundum id psalmiste
Iudicia domini vera iustificata in se
metipsa et desiderabilia super aurum et
lapidem preciosum multum et dulciora
super mel et favum. Et quia nunc in

nobis [illegible] ...
[illegible] ...
Unde hodie ad ecclesiam portant que
sunt comedenda et benedicantur. Dixi [illegible]

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3688, Cod3688_Farbkeil – Breviary (?), liturgia horarum (https://fragmentarium.ms/view/page/F-wmgw/1751/21166)